

Revalienses Erico 14 regi Suecia sese addiunt et subijciunt.

Nos infra scripti serenissimi potentissimiq; principis, ac Domini Erici 14 Suecorum, Gothorum atq; Vandalorum regis, Domini nostri clementissimi, Deputati, plenipotentiarii & Legati Claudius Christiemi in Amine, Joannes Laurentus in Yffenes, et Hermianus Bruverus confitemur, testatumq; esse volumus hijs patentibus a nobis signatis literis, omnibus ac singulis, cujuscunq; dignitatis, conditionis aut status quibus eodem inspiciride attendenda et legende occurrunt aut offeruntur: cum regiones Livonie direptionibus, latrocinijs atq; incendijs abrepta incolarum multitudine, alijsq; calamitatibus a Moscho crudeli, ac cuento universi Christi, am orbis hoste, jam quartum usq; annum gravissime et miserrime afflicta, atq; exagitata fuerint, atq; ab eo usq; tempore hactenus sicut et nunc a suo quisq; domicilio fugatus, in caelis vitam trahere compulsus sit, adeo, ut loca ista omni auxilio denudata prorsus relicta jauerint. Jam vero spectabiles, consulti, et juris periti Domini, perquam dilecti amici nostri, consules, Senatores, et cives urbis Revaliensis, quo preveniant accidium saum, atq; eversionem ultimam superius memorata sacra regia majestatis consilium, solatium atq; auxilium per deputatos legatos suos submissime imploraverint, ac petierint, atq; ideo summe memorata sacra regia majestas misericordia Christiane instincta, pro affectu suo, atq; animo erga ipsos semper benevolo, in honore omnipotentis Dei, ad conservandam promovendam, propagandamq; veram, salvificam, puram, et incorruptam verbi Divini doctrinam, tum ad averterendam quae subito metuetibus harum terrarum pessundationem, cum universi Christiani orbis inde anan commodo, non modo praedictis Dominis consulibus Senatoribus civibus et mercatoribus civitatis Revaliensis, sed etiam toti huic provinciae, clementissimam et benignissimam sese prestitens, rignimis reputans, quantum periculi eamde crearetur, non modo sacra regia majestati atq; ceteris principibus finitimis, verum etiam universis Christianorum caelis, si urbs Revalia, quippe propugnaculum unicum istis in regionibus, cum districtibus Harnico, Wiestla, dico

Dico et Jervico in hostes recivissimi potestatem veniret, et
sub Domino ipsius persisteret cogeret, a cuius tyrannide
nonnumquam vindicati sunt, eadem autem quo decentes, et modestia
conveniente sacra regia majestati Domino nostro clementi-
ssimo, subijcerent se reverendissimo principi ac Domino, Do-
mino Gothardo magistro Livoniae per legatos suos officii,
opissime in mentem revocaverint, quam misere ab ipso, ut
pote magistratu suo legitimo, iam quantum usque annuum o-
mni auxilio et subsidio destituti, periculose capessere profectus
fuerint, quodque nec tunc quidem firma ac praesens vindicta,
aut liberatio ab ipso principe expectanda esset, insuper demum
viante qua cum necessitate extrema conflictarent, propter
quam ipsis necessarium foret, quaerere praesidia alia et leva-
menta, eaq. ratione, principi ipsi praestitum ante iudamen-
tum et homagium renunciari ac tolli curaverint atq. vi-
cissim una cum spectabili, et consulto senatu Curibus atq.
nobilibus Civitatis Revaliensis sacra regia majestatis Sueviae,
Domino nostro clementissimo sese addixerint, atq. ut subtri-
tos dilectos ac fideles sese submiserint subjecerintq.; ea propter
nos ante memorati sacra regia majestatis nomine, senato-
res equites omnes, et nobiles districtus Harriici, Wierlandici,
et Jervici una cum spectabili senatu, universo cotu, et in-
colis Civitatis Revaliensis, postquam rite iam praestitissent
iuramentum obsequii et fidei singulos, atq. omnes in tuto-
lam et protectionem sacra regia majestatis suscepimus.
Idq. hinc, et vi literarum presentium quam firmissime,
ac fieri unquam ejusmodi potest, ratum habemus, facimus,
et absolvimus etc. in maiorem fidem et robur hac inter
nos condenta manuum rostrarum subscriptione et sigillis
confirmamus. Revaliae die 4. Junii anno 1561.